



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Mirabilis Vita Venerabilis Virginis Marinæ De Escobar Vallisoletanæ

Deprompta ex ijs, quæ ipsamet jussu Patrum suorum Spiritualium
consignavit

Vitæ Venerabilis Virginis Marinæ De Escobar. Pars Prima

Puente, Luis de la

Pragæ, 1672

Licentiæ Et Approbationes Pro Editione Hispanica.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38580

LICENTIAE ET APPROBATIONES
PRO EDITIONE HISPANICA.

LICENTIA P. PROVINCIALIS
CASTELLANI.

HX speciali Commissione Admodum R. P. Nostri Gofwini Nickel, Præpositi Generalis Societatis JESV, data P. Martino de Lezaun, Provinciali ejusdem Societatis in Provincia Castellana, meo Prædecessori, pro typis mandanda prima Parte Vitæ *Venerabilis Virginis MARINÆ de Escobar*, Vallisoletanæ, quam reliquit dispositam Venerabilis Pater Ludovicus de Ponte Societatis nostræ; fuit examinatus, & approbatus hic Liber à Viris doctis, juxtà & gravibus ejusdem Societatis, atque impetrata licentia ab Ordinario, ut typis mandaretur: hac verò præsentatâ obtinuit facultatem, & Privilegium Regis, Domini Nostri, dicti Pater Provincialis Martinus de Lezaun, quemadmodum constat ex eodem Privilegio, dato quartâ Aprilis elapso anno millesimo, sexcentesimo, sexagesimo: & excusa est Madriti dicta Vita ac Liber, qui cum protestationibus juxta decretum URBANI VIII. felicitis recordationis hodie prodit in lucem, nomine sui Authoris, ex peculiari commissione, quam in hanc rem habeo, ab Admodum R. P. Nostro Joanne Paulo Oliva, Præposito Generali nostræ Societatis JESV, rato habito à me, ut habeo ratum, eo, quod disposuit meus Prædecessor P. Martinus de Lezaun. In cujus rei testimonium dedi has subscriptas meo nomine, & sigillo officij mei munitas. Vallisoleti, quartâ Octobris, Anno millesimo, sexcentesimo, sexagesimo quarto.

Franciscus Cachupin.

APPROBATIO P. M. F. MICHAELIS
DE AGVIRRE, QUALIFICATORIS SANCTI OFFICII,
ex Ordine S. Augustini, in Collegio D. MARIE Aragoniæ,
hujus Curie.

HX Commissione Reverendissimi D. Licentiatii Alphonsi de las Ribas Valdès, legi attentè Vitam Famula DEI, & Venerabilis Virginis MARINÆ de Escobar, scriptam à Venerabili Patre Ludovico de Ponte, ipsius Confessario, è Societate JESU, cujus Virtus, Doctrina, & Scripta sunt tantæ estimationis, edificationis, & instructionis, pro omni hominum statu: neque in hoc opere quidquam reperio dignum censurâ, contrarium fidei Catholica, & bonis moribus: imò multa, ex quibus solacium capiant ac documentum Ascetæ: nullum autem inconueniens, quò minus mandetur typis. Madriti, in Collegio D. MARIE Aragoniæ. decimâ Februarij, Anno millesimo, sexcentesimo, sexagesimo.

F. Michaël de Aguirre.

LICENTIA ORDINARII.

NOs, Licentiatius, D. Alphonsus de las Ribas & Valdès, Vicarius hujus Civitatis Madritensis, & ejus Territorij, pro Eminentissimo & Reverendissimo Domino Cardinali Archiepiscopo Toletano, meo Domino, &c. per præsentem concedimus licentiam, ut possit typis mandari Liber, scriptus à Venerabili Patre Ludovico de Ponte Societatis JESV, cujus titulus est: *Vita Venerabilis Virginis MARINÆ de Escobar*; cum nihil

nihil in eo reperitur contrarium nostræ Sanctæ Fidei Catholicæ; quin potius bona documenta, & instructiones pro Catholicis. Datum Madriti, vigesimâ tertiâ Februarij, Anno millesimo, sexcentesimo, sexagesimo.

D. Alphonsus de las Ribas,
Ad ipsius Mandatum,
Joannes Alvarez de Ljamas.

**APPROBATIO ILLUSTRISSIMI
ET REVERENDISSIMI D. F. ALPHONSI PEREZ,**
Episcopi Almeriæ, ad quem ex consilio Regio Castellæ
fuit remissus hic Liber.

EX Commissione V. S. legi perquam attentè Vitam Venerabilis Virginis MARINÆ de Escobar, scriptam à Venerabili Patre Ludovico de Ponte, ipsius Confessario ex Societate JESU, de cujus scriptis, sanctitate, ac doctrina satis Orbi constat: & inveni, non solum nihil in ea contineri, quod dedecet puritatem nostræ Sanctæ Fidei Catholicæ, sed ingens lumen, & instructionem, pro ejusdem mysterijs, ac mystica Theologia. Ac proinde judico, multum profuturam animabus ejus lectionem, multumque inde erudiendas, & cognituras DEUM, ac ejus Divina opera, animas aspirantes ad perfectionem Evangelicam. Ideoque existimo, posse à V. S. concedi facultatem, quæ petitur, ut mandetur typo, & communicetur doctrina tam necessaria, scripta à tanto viro, intuitu solius Gloriæ DEI, & fructus animarum. Madriti, vigesimâ secundâ Octobris, Anno millesimo, sexcentesimo, quinquagesimo nono.

F. Alphonsus Episcopus Almeriæ.

**PROTESTATIO P. PROVINCIALIS
CASTELLANI.**

DBtemperando Decretis Sanctissimi D. N. Papæ URBANI VIII. editis, de illis, qui scribunt, ac typis mandant, Vitas, revelationes, miracula, & prophetias eorum, qui sanctitatis famâ celebres vixerunt, ac decesserunt, protestor, nihil quod refertur in hac prima Parte Vitæ Famulæ DEI Venerabilis MARINÆ de Escobar, Vallisoletanæ, dispositæ à Venerabili P. Ludovico de Ponte ex Societate JESU, ipsius Confessario, ullâ hætenus niti autoritate Sanctæ Sedis Apostolicæ, neque ea, quæ concernunt dictam Venerabilem MARINAM, vel alios, de quibus in illa agitur; sed duntaxat autoritate humanâ illorum, qui eadem scribunt, ac referunt, nullâ verò majore. Neque est mea intentio, attribuere dictæ V. MARINÆ, quemadmodum nec alteri cuiquam personæ, titulum Beatæ, aut Sanctæ, donec illam Sancta Ecclesia talem declaret; vel ullâ ratione quidpiam disponere, pro Beatificatione, Canonizatione, aut comprobatione miraculorum dictæ Famulæ DEI, ulliusve alterius, omnibus relictis in eo statu, in quo fuerunt, antequam scriberetur, vel excuderetur hæc Historia. Quam protestationem facio, tum nomine Authoris, Patris Ludovici de Ponte, qui eandem faceret, si viveret post dicta Decreta, tanquam filius adeo obediens Sanctæ Ecclesiæ; tum meo, attribuendo, quoad hoc, mihi dictum Opus, in cujus principio, & fine ponitur ista protestatio.

Eundem in modum, se obediens esse Sanctæ Sedis Apostolicæ filium, protestatur Interpres.

FA-

FACULTAS R. P. PROVINCIALIS
BOHEMIÆ.



*Um Librum, cui titulus est: Mirabilis Vita Venerabilis Virginis MARI-
NÆ de Escobar Vallisoletanæ; à Venerabili Patre Ludovico de Ponte Hi-
spanicè conscriptum, & à P. Melchiore Hanel nostræ Societatis latinè redditum,
tres ejusdem Societatis Sacerdotes recognoverint, ac in lucem edi posse judicave-
rint: potestate à Patre Nostro Joanne Oliva Prapósito Generali ad id mihi da-
tâ, facultatem concedo, ut Liber typis mandetur, si ità ijs, ad quos pertinet,
videbitur. In quorum fidem has literas manu meâ subscriptas, & sigilli Officij munitas dedi.
Pragæ 1. Aprilis, Anno 1669.*

L. S.

Daniel Krupsky.

LICENTIA ORDINARII.

Imprimatur.

Sebastianus Zbraslawsky,
Officialis.

F A C U L T A S
P R O T Y P O G R A P H O .



*Um ex Mandato Sacræ Cæsareæ Majestatis, omnibus & singulis Ty-
pographis, Bibliopolis, ac alijs quæcumque literariam negotiationem
exercentibus, seriò firmiterque inhibeat, nè quisquam libros ullos
à Societatis nostræ Patribus hæctenus editos, aut imposterum eden-
dos, intrâ S. R. I. Regnorum, & Dominiorum Suæ Cæsareæ Majeſta-
tis hæreditariorum fines, simili, aliòve caractere, aut formâ, sive in
toto, sive in parte recudere, vel alibi etiam impressos adducere, vendere & distrahere,
clàm, seu palàm, citra supradictorum Patrum consensum ac testimonium audeat vel
præsumat: Ego Daniel Krupsky Societatis JESV, per Provinciam Bohemiæ Prapó-
ſitus Provincialis, concedo Georgio Czernoch Typographo Vniverſitatis Pragenſis,
facultatem excudendi Vitam Venerabilis Virginis MARIÆ de Escobar, à Venerabili P.
Ludovico de Ponte Hispanicè conscriptam, & à Patre Melchiore Hanel, nostræ Socie-
tatis, latinè redditam. In quorum fidem has literas manu meâ subscriptas, & sigillo
Officij munitas dedi.*

Olomucij, die 19. Novembris, Anno 1669.

L. S.

Daniel Krupsky.

IN-